



~~PH.~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.

VI-27
SIGNAT. clvccccxiii.

St. Michael. alced

200 060.

THEOREMA.

QVOD S. SCRIPTVRA SA
TIS SIT PERSPICVA.

Moderatore

REVERENDO AC CLARISSIMO

MO VIRO DN. IOHANNE GEORGIO VOLCKMA-

ro SS. Theologiae Doctore & in Academia VVitebero
genſi Professore Publico,

Contra Pontificios,

Ad Disputationem Sextam, in Collegio Stude-
diosorum Theologiae privato
propositum.

à

IOHANNE RODENBURGIO,
ANTVERPIANO.

Respondente.

GREGORIO HAGIO OBERN
Brettano, Franco.



VVITTEBERGÆ,

Typis M. Georgij Mulleri

ANNO M. D. XCV.





EXIMJO IESV CHR̄STI

SERVO.

REVERENDO ET CLARISSIMO VIRO D. GEORGIO M^Y
EIO, S. S. THEOLOGIAE DOCTORI EIVSDEM-
que in inclyta IENENSI Academia professori
primario, præceptori suo omni
observantia colendo.

*Pia gratitudinis & gratæ pie-
tatis ergo.*

D. D. D.

Iohannes Rodenburgius Ant.
werpianus.



DE SACRÆ SCRIPTURÆ PERSPI-
cuitate eiusq; interpretatione.



*V*n prioribus disputationibus evictum fuerit non ex om-
nibus promiscue libris qui Biblici codicis nomine vulgò
circumferuntur salutis nostræ doctrinam satis tuto peti,
aut aequè firmiter probari posse, consequenter nunc illud
venit inquirendum, quinam ex ijs quos diximus canonicis omnis
salutis nostræ ratio ineunda sit.

2. Si namq; tanta est sacrarū literarum obscuritas, quanta quidem
ab adversarijs predicatur, equidem inutile fuerit plebem in ijs le-
gendis multum occupari.

α. πο. μ. η

3. Quod posterius, cum ex priori sponte sua consequi perspicerent
Romanenses, tum sibi hac ratione cautum idq; non obscure voluerunt,
ne si forte in volvendis Biblicis scripturis, nimium (ipsorum iudicio)
plebs versaretur, commentitia eorundem superstitiones propediem
magis ac magis ita innotescerent, ut periculum esset, ne totus aliquan-
do papatus ipsius etiam populi pedibus planè conculcatus obtereretur.

4. Quod periculum ut eo rectius declinarent, arcenda ipsis, alia
quo saltem pretextu plebs fuit, à frequenti lectione sacrarum lite-
rarum, quas ut eo facilius è populi manibus excuterent, utq; eo infe-
licius in earum lectione laicos versari fidem facerent, tempestivè
hoc ipsis libuit abuti argumento, verbum Dei scilicet obscurum, in-
digere interpretatione.

5. Huius vero succi obtentu paratus illis videtur locus pontificia in-
terpretationis additamento, ad cuius normam sensus atq; interpre-
tatio divini canonis dirigatur, nec ostendatur solum eius ductu ac
magisterio quod in scripturis sacris nusquam invenitur expressum:
verum etiam in eorum qua expressa sunt rectis sanisq; sensibus tene-
amur: atq; ita non tam catholicam interpretationem ad scriptura nor-
mam, quam ipsam catholicam interpretationis lineam & amussim ad
scripturas adjungamus.

Io Lens,
Theol.
Lova-
nief. in
proæ-
mio lib.
de verbo
Dei pa. 23.
pag. 155.

6. Cum ergo nihil reliquum adversarijs faciamus, ex quo possimus ad saniora ipsorum videlicet opinione revocari, prater expressas divina scripturae sententias: idcirco accusant nos quasi hoc de industria efficere moliamur: quo minus facile in omni de fidei doctrinae questione dari queat controversia finis; idq. eò ipso quod id solummodo credamus quod legimus, & quod non legimus nefas putemus a-
struere: Sic illi.

Idem in
proem.
d. l. pa.
20. 22.
& seq.

ἀφαιρησὶς τῶν μὴ ἰσχυρῶν.

7. Verum ut aliàs tum frontem tum cerebrum in adversarijs desideramus, Sic & in hoc potissimum negotio, ubi presentis disceptationis status venit formandus, si nihil aliud saltem fidem & candorem imprimis ab ijsdem requiremus; nec enim tantoperè in questione ut ipsi ajunt versatur, an videlicet adeò aperta sit scriptura, ut explanatione prorsus nulla ad controversias fidei terminandas opus sit.

Bell. li. 3. c.
1. de verbo
Dei.

8. Nec enim illud à nostris asseritur, omnia promiscuè in codice Biblico facilima, perspicua, & expedita esse adeo ut nihil uspiam sit obscurum nihil δύσνόητον, utq. tota Biblia à quovis rudi humunculo citra negocium possint intelligi: multa enim sacrae scripturae loca satis obscura multaq. in ijs verborum & sententiarum involucria cum a
Luthero libenter agnoscimus.

In prefatio-
ne Com.
in Psalm.
& in lib.
de servo
arbitrio.

9. Neq. etiam deliras anus ut nobis affingitur h imperiosè sacras literas tractare volumus, ut non potius censeamus ministros verbum Dei explicantes audiendos ac consulendos esse.

(b)
ab Ecclo
in Ezech.
loc. 4. de
scriptura.

10. Ut proinde vana omnino sint minime c Benedicti illius Pererij voces, quibus probè notari, hostibusq. suis opponi vult dictum illud Hieron. Scripturae sanctae difficultatem indicantis. cujus intelligen-

(c)
lib. 4. cō.
in Da.
p. 875.

tiam absq. Dei gratia & majorum doctrina imperitissimos vel maxime sibi vendicare, pius ille pater conqueritur: notabilis profecto & Pererio non indigna calumnia, sed tamen ad contundendam hereticorum (quos ille vocat) sententiam minus valida.

(d)
Hic. Com.
in Dan.
p. 203.
504.

11. Sicut & illud ne minimum quidem nos attingit, quando idem ille socius d gnaviter stridulus alibi tantopere exclamat, & postea subjicit ac si statuamus. OMNEM divinam scripturam CUI LIBET

LIBET etiam de vulgo facile esse intellectu ac perviam, in quo certe non modicè mentitur idq; ex professo: hoc enim, ut extre-
contraversiam esse jubemus, ita etiam minimè disputamus.

12. Quemadmodum autem non omnem scripturæ obscuritatem ne-
gamus, ita nec omnimodam ejuscè perspicuitatem negari volumus,
præsertim in ijs qua salutis nostra summam concernunt.

τὸ ζήτημα.

13. Queritur ergo, vel certè quari debebat: utrum scriptura
adco sit per se obscura, in ijs, quæ ad æternæ felicitatis con-
secutionem sunt necessaria ut non se ipsam apertè satis in-
terpretetur?

ἐκθεσις τῶν διδωμένων: τὸ ἠγόμενον.

14. Scriptura nomine canonicam intelligimus eam ab causam quam
in principio diximus.

15. Deinde cum disputamus an scriptura sit obscura non hoc con-
troverti meminerimus, an res de quibus agit scriptura obscura sint ac
difficiles; longè enim aliud est si dicantur in scripturis res difficiles
aut obscura tractari, aliud vero si obscure.

16. Prius illud facile dederimus; fatemur enim non ea solum in
scripturis revelari quæ à seculis abscondita fuerunt mysteria, sed &
ea quæ nullo humani ingenij quantumvis sagacissimi acumine erui a-
liunde vel ullo modo divinari potuerunt; ejusmodi sunt, v. g. mysteri-
um trinitatis, adeoq; totum creationis, redemptionis, & sanctifica-
tionis nostræ negotium. Posterius istud alterum, non perinde faciles
concesserimus.

τὸ ἐπιπρόκειν.

17. Adjecimus in prædicato τὸ per se: non enim hoc dubitatur an
scriptura huic vel illi, ut v. g. ipsis etiam adversarijs obscura sit, qui
si sibi scripturas minimè perspicuas fatentur id illis perquam liberaliter
indulgebimus, hac tamen lege, ut & hoc simul confiteri velint so-
quatenus tales (tanquàm filij perditionis affectas) ex eorum esse numer-
qui perituri sunt, quippe quibus solis evangelium obscurum esse Pau-
lus solenniter pronuntiavit.

18. Adjecimus ad æternæ felicitatis consecutionem Cete-
roquin.



roquin enim, non tantum fatemur cum D. Petro in Pauli epistolis in-
esse quadam $\delta\upsilon\sigma\upsilon\omicron\eta\tau\alpha$, sed et in alijs scripturae partibus plurima, tum
 $\delta\upsilon\sigma\upsilon\omicron\eta\tau\alpha$ tum vero etiam $\delta\alpha\lambda\omega\sigma$ $\delta\upsilon\sigma\upsilon\omicron\eta\tau\alpha$ reperiri, minimè gen-
tium inficias imus: in ejusmodi videlicet rebus, quæ salutis nostræ
summam non adeo propè attingunt.

19. Quin imò non in illis tantum sed & in ijs quæ ipsam quodam-
modo salutis nostræ summam concernunt aliquam in sacris locorum
quorundam minus perspicuorum obscuritatem aut verius difficulta-
tem occurrere alicui posse non dissimulamus: jdcirco addidimus &
quæsvimus, an ea obscuritas ita sit comparata, ut scriptura alibi
non satis apertè seipsam interpretetur.

20. Satis inquam, non quantum hic vel ille expetere possit, sed ita
satis si videlicet ultra quàm necesse sit nihil curiosius, (ut quidam
scholastici ceterique pontificiorum Doctores assolent) requiratur.

21. Verum capitibus quandoq; dissidere, caudis alioguis connexas
pontificis vulpeculas vel hinc videre est: Id enim tantum modo pro-
bare intendimus, quod nobis pontificiorum Doctores suorum met pla-
nè immemores, totidem ferè verbis, alicubi non obscure videntur in-
dulsiße, eam nimirum esse scripturae perspicuitatem quæ sufficit ho-
mini non simpliciter & absolute, sed ad omnia quæ propri-
è spectant ad salutem animæ & consecutionem æternæ vi-

Pererig^{ce}
lib. 1. ^{ce} tæ.
Com:in ^{ce}
Da. p. 48.

LOCUS. I.

22. Deut. 30. v. 11. & Rom. 10. v. 8. mandatum hoc quod
ego præcipio tibi hodie, non est occultum à te neq; procul
positum, nec in cœlo situm ut dicas quis ascendet nobis ad
cœlum & capiet illud nobis & audire faciet nos illud, ut
faciamus illud: neq; trans mare positum ut causeris, & di-
cas quis transfretabit nobis mare & ad nos usq; deferens
enunciabit nobis illud, ut faciamus illud: Sed iuxta te, seu
propinquus tibi est sermo valde, in ore tuo & corde tuo, ut
facias illum.

23. Vbi primum dicitur mandatum & verbum fidei quod nobis
præcipi-

præcipitur, non esse occultum 2. non esse longinquum vel è cælis aut ultra mare petendum 3. Sed potius propinquum 4. in ore tuo 5. & in animo tuo.

24. Quod dictum quo minus ad solius legis intellectum atq; ita ad particulam quandam oraculorum divinorum restringatur Paulus id ipsum ad iusticiam Evangelicam & verbum fidei quod ipse predicavit ^{græcè} extendit.

25. Hinc ita concludamus: Quod verbum absconditum non est, sed in ore atq; animo hominum, adeoq; ita ante pedes situm, ut aliunde enunciari necesse non sit, hoc satis apertum est, satisq; perspicuum.

Atqui verbum fidei Paulo teste & interprete tale est.

Ergo satis perspicuum.

26. Major propositio ex contrarijs immediate juxta se positis abunde elucescit: Minorem breviter loquendo non solum de lege veram esse, patet ex ministerio Moysis qui certè legem profitebatur, sed & de Evangelio identidem accipi debere Paulus nobis author est quem Evangelij fuisse preconem nemo ambigit; uterq; certè de doctrina sua fidei commissa id enunciat, de utraq; ergo & nos haud perperam intelligamus.

LOCUS II.

27. Psal. 119. v. 130. aditus verborum tuorum illuminat, prudentiã instruit simplices.

Psal. 19. doctrina Iehovæ integra est restituens animam: testimonium Iehovæ verax, sapientiam adferens imperito.

28. Hinc ita procedamus: Quod sapientiam adfert imperitis, id verbum necesse est non adeò obscurum esse, quin ab iisdem tum intelligi possit, tum legi debeat.

Atqui verbum Dei si Davidi credimus prudentiã instruit simplices, & sapientiam adfert imperitis.

Ergo, &c.

29. Major patet, potest enim aliquid instruere & erudire peritiores.

iores, quamvis non ipsum adeo clarum, neq; admodum in se perspicuum sit, quia nimirum vel res illis iam ante nota est, vel similia alia longe obscuriora, ab iisdem alioquin intelliguntur. At quod imperitis debet adferre sapientiam, & prudentiam instruere simplices, quorum & iudicium confusius & ingenium obtusius est, id vero cum primis dilucidum sit oportet.

30. Minor patet ex Psalmis alijsq; locis quibus lex Domini doctrina domini, iudicia, mandata & statuta domini, itm testimonia domini, & deniq; ipsum Dei verbum, pro iisdem accipiuntur.

LOCVS III.

Psa. 119. v. 31. Lucerna pedi meo verbum tuum, & lux itineri meo.
105.
Prover. 6.
(v. 22.)
Lucerna praeceptum est, & doctrina lux viaq; vitae
correctiones erudientes.

32. Quibus in locis probe consideranda venit *ἐμπροσθεν* verborum quorundam ex quibus ita argumentari libet: si sacra scriptura vel verbum Domini, est lucerna pedibus nostris, & lux itineri nostro, quo tanquam viatores in caelestem patriam contendimus, etiam ad hoc satis erit luculenta & perspicua, ut ad portam aeternae salutis, dum praebeat inoffensum.

Atqui verum prius, Quidni ergo & posterius.

33. Consequentia deducitur: Lucerna enim est vel indensissimis noctis intempesta tenebris lucem fundere: lucis vero praesertim diurna munus est totum simul hemisphaerium clarissime quam diu supra horizontem lucidum corpus commoratur undiq; *καθ' ὅσον* collustrare.

34. Minor ex textu indubia est, quam maioris *σφαιρικῆς* gratia paulum considerabimus: Vocatur verbum Dei lucerna, non solum idcirco, quod cum intellectum iam fuerit tum demum homines illuminet, & quidem eos a quibus intellectum iam est sed etiam idcirco, quod eam in se lucem ac claritatem habeat, ut radijs ipsius etiam ij qui nondum id intelligunt primo eius intellectum salutarem consequantur.

35. In quo sane non exigua est caelestis verbi & lucerne aliorumq; luminum tum similitudo tum etiam dissimilitudo.

36. Similitudinis quidem ratio in eo consistit lucerna enim hoc quod dicitur

aitur est & revera prestat lucendo, sive tu lucentem videas sive non videas, aut videre nolis: Sic & scriptura suum tum in se habet, tum ex se emittit lumen, quod natura sua satis ideonem est instar solis ad omnes suo fulgore irradiandos, sive iam mortalibus libeat oculos ad eius intuitum convertere, sive ab eodem avertere aut etiam plane cacutire.

37. Dissimilitudo tamen in eo consistit, quod lucerna itemq; lumen illud naturale solummodo aspicitur ab ijs qui oculos habent. Qui vero caci sunt, ab ijs nec videtur, nec cacitatem discutit, imò verius incutit, si nimium excellens fuerit claritas.

38. At scriptura sic est lucis divina plena, ut non tantum oculati fideles in hoc lumine lumen videant sed etiã ab ijs qui caci plane sunt & exoculati, cacitatem suis radijs depellas visumq; plane de novo restituat.

39. Itaq; non solum lucerna est verbum Dei, cum jam intellectum fuerit, ut Bellarmino placuit; sed quia primo naturaliter à nobis non intelligitur, ad hoc ut intelligatur illuminare nos dicitur; nimirum lucerna huius usus, vel maxime evidens etiam tum est, cum adhuc nihil omnino videmus, aut intelligimus.

c. 12. lib. 2.
de Interp.
verb. Dei.

40. Quin imò nusquam major huius lucerna tum necessitas, tum utilitas apparet, quam eo tempore quo vel minimum lucis, vel etiam nihil omnino præterquam mera nox affuerit.

41. Lucerna enim ut in ipso meridie nullus est usus, ita vespere ingruente, iam in promptu est candela aut facis utilitas haud exigua; at nondum tanta, quanta sub ipsa nocte.

42. Nam sub crepusculo etiamsi parum fortasse, non tamen nihil omnino videmus: ac proinde nondum tantopere necessaria est lucerna, quantopere quidem in media nocte ubi sine lucerna vel face, neq; multum neq; parum, sed nihil omnino plerumq; videmus.

43. Evanescent ergo tenebrosa illa nebula quas lucidissimo huius-
ce dicti scripturaq; φωτισμῶ quasi per eclipsin offundere tentat fatu-
us ille ignis.

Bellar. di
cto loco.

LOCVS IV.

B

44. Audi-

2. Pet. 1. v. 44. *Audiant vero D. Petram & obaudiant adversarij qui sic in-*
194. *quit: Habemus firmiorem sermonem propheticum, cui re-*
ctè facitis quod attendatis velut lucernæ splendenti in
obsuro loco, usq; dum dies illucescat, & Lucifer exoria-
rus in cordibus vestris.

45. *Vnde duplex ferè argumentum, una cum insigni declaratione*
& limitatione desumimus huic in modum.

Scriptura prophetica lucerna similis est in obscuro loco splen-
denti.

Illustris ergo & satis perspicua.

46. *Vt mittamus interim emphasin illam, quam nuperrimè ussi-*
mus videlicet in vocabulis ἡ ἀρχαῖα τῶν προφητῶν; unde non solum illumina-
re nos atq; illustrare dicuntur prophetica litera tum demum postquam
iam intellecta fuerint, ut sic demum iter nobis ostendant ad Christum
non aliter ac si quis accendere lucernam soleret ei qui solem iam asp-
ceret.

47. *Quod si enim litera prophetica similes sunt lucernæ in ob-*
scuro loco splendenti nonne innuitur satis perspicuè, etiam tum
lucernæ vicem eas vel maxime obtinuisse, dum adhuc perseveraret
obscuritas, cumq; nondum ille umbra discussa essent, hoc est, non
solum illuminare iam intellectas, verum etiam antequam intelligun-
tur, ad hoc ut intelligantur, tenebras ipsas fugare, & caliginem à
mentibus depellere.

48. *Porro autem ita pergamus: Prophetica veteris testamenti scrip-*
sura vel ut Petro loquitur λόγος προφητικὸς illustris est et perspicua.

Longè itaq; clarior multoq; illustrior sit oportet λόγος Apostolicus.

49. *Antecedens paulò ante proximè precedentibus thesibus proba-*
tum est.

Esa. 29. v. 50. *Ratio consequentia est quod Vetus Testamentum respectu novi,*
n. Apo. 5. *sit instar libri clausi ac signati, N. vero T. respectu Veteris instar a-*
perti & explicati voluminis.

51. *Cuius rei rationem et modum explicare videtur Irenæus li. 4.*
adversus hæreses c. 43. Cū inquit omnis prophetia priusquã impleatur
enigma est, cum autem impleta est, manifestam habet expositionem
& intelligentiam.

19. Atquò

52. Atqui verò quantum promissionum divinarum iam imple-
tum sit; quantum item adhuc restet implendum, ne ab ipsis quidem
adversarijs negari poterit.

53. Quanta ergo reliqua sit scripturae obscuritas, quantaq; è diverso
eiusdem interim ex Irenaei sententia perspicuitas; facile liquet.

54. Si enim id quod diximus verum est, de verbo Domini Vete-
ris T. temporibus quibus nondum tanta mysteriorum & patefactio-
num lux affulsit; quorsum itaq; de Novi testamenti verbo multum
ambigemus, quod tantò clarius enituit, quanto Sol iusticiae Christus
stellis omnibus, inde usq; ab exordio mundi sub Ecclesiae HoriZon-
tem exortis conspectus est fulgentior.

55. Verum insignis addita cautio est à D. Petro quae ut apprimè fa-
cit ad nostrum propositum, ita citra piaculum omitti non potest; verba
sunt ista: usq; dum dies illucescat. & Lucifer exoriatur.

56. Id enim quod de mysterijs patefactum non est, sed consilio Dei
reservatum intuitiva in altera vita noticia, hoc inquã non reddit sa-
cram S. tantoperè obscuram, quasi aliquid eorum, quae in hac vita deo
volente sciri debent, occultet.

57. Quocirca scriptura à D. Petro perhibetur unicè dicata sanctis
studijs huius vitae, quae durante loci illa obscuritas nondum recessit,
die sq; nondum illuxit, quae Luciferum illum pleno fulgore in cordibus
nostris exoriturum praestolamur.

58. Scimus autem interea dum lucerna ista haec nitidissime splendet,
in hac mentis lociq; caligine, quod videlicet, interim non eadem lucis
quantitate opus sit omnibus, cum & elychnium fumigans, quo mi-
nus extingvatur, Spiritu suo exuscitet, & infirmos quoq; suscipiat
Dominus.

59. Quatenus itaq; Deus per ministerium verbi in terrena pra-
sertim Ecclesia unicuiq; membro verbi sui intellectum largiri volue-
rit: eatenus inquã adeò obscuram non esse scripturam, haeclenus uti
spero evicimus. Nunc paucis ad ἀνακρουὶν adversa partis descendamus
ἀνακρουὶν πρὸς ἐναντίας.

Argn.

Argumentum primum.

60. Inde solum verus scripturae sensus eiusque legitima interpretatio eruitur, unde vera fides nasci & hauriri debet. Atqui vera fides ex sola scriptura Spiritu sancto interpretare nascitur, E. & verus scripturae sensus non nisi indidem hauritur.

61. Connexionis necessitas patet; quod si enim fides est ex auditu hoc est ex sensu scripturae rite percepto, auditus vero ex verbo Dei tantum esse dicitur. Ergo & sensus scripturae & fides ex eodem simul fonte promanant, praesertim cum auditus, quem ex verbo Dei esse Apostolus pronunciat, revera nihil sit aliud quam sensus scripturae probe perceptus.

Argumentum Secundum.

62. Si summum ius interpretandi scripturam penes Papam aut ipsius complices resideret, tum fides nostra, in eorum iudicium tanquam in primum principium, postremo omnium merito resolveretur.

At posterius tam absurdum quam inconveniens.

E. & illud ex quo id consequitur.

63. Majoris consequentiae ratio reddi facile potest. Quod enim summum interpretandi arbitrium, scripturaeque sensum reddendum obtinet, in eo certe fides juberet acquiescere, eius incumbere, adeoque penitus inniti. In eo namque fides merito acquiescit quod certissimum scripturae sensum exprimit, de quo omni dogmate infallibilem usurpat censuram.

64. Assumptum negare vel ex ipsis pontificijs nonnulli erubescunt, dum negant aliqui fidei resolutionem atque exitum ultimum in Ecclesiae vocem atque iudicium desinere.

Argumentum tertium.

65. Si esset in Papa vel in ullius alterius hominis auctoritate positum, omnes suo arbitrio controversias ex scripturis ortas definire, & quid credendum sit, quid minus, liberè interpretando decidere; tum hominis sententia esset fidei nostrae materia, licitumque fieret alicui tunc

1. Cor. 1. ἡμῶν πῖστεωσ κριτέμεν.
V. 14.

Posterius intolerabile. Ergo & prius.

Ergo

Argumentum Quartum.

66. Si summus ille pastor (id est Romanus Pontifex) unacum reliquo Pastorum, quos vocant Concilio, nobis agnoscendus esset pro summo iudice controversiarum, legitimoque scripturae interprete, tum haec tria de ipso nobis constare oporteret.

Bella. li 3.
de verbi
Dei Inter.
pr. c. 3.

1. Veram semper esse sententiam illam, quam ipse proponit. 2. ab illa sententia non licitum esse provocare.

3. Nullo eum studio partium duci.

Atqui nihil horum Pontifici cum suis competere potest.

Ergo neque summum illis iudicium aut jus interpretationis supremum à nobis deferri.

67. Assumptum probatur. Nam Primum liquet sanè indubiam esse non posse expositionem illius de cuius autoritate magis ambigitur quam de ullo scripturae interpretanda sensu.

68. Deinde quod ad alterum illud membrum attinet, si non possumus certò conscire illorum verissimum esse iudicium nec in eo per omnia acquiescere; multò minus tam certi esse poterimus de illorum sententia, ut non licere nobis ab illa provocare existimemus.

69. Provocant enim ipsi a Patribus ad Concilia sua, a Concilijs ad Papam, quidni ergo & nobis liceat a Papa ad Deum hoc est Spiritum sanctum in scripturis loquentem provocare?

70. Denique ad tertium quod attinet membrum, quarum profectò partium studio Papa teneatur, ne quidem totus ipse mundus, si maxime velit, dubitare potest.

Argumentum Quintum.

71. Si scripturae expositio à Deo non est ad sensum patrum ubique alligata, ita ut à torrente patrum quandoque distedere ipsimet quoque Pontificij sibi concessum velint, ecquis ergo fatidas Pontificiarum interpretationum lacunas spretis vel saltem prateritis limpidissimis fontibus Israëlitis perpetuo adeundas nobis pervaserit?

B 3

Atque

Caiet. præ-
fat. in Cō.
lib. Mosi.
Andradig
.2L. defēs
Trident.

Atqui pro antecedentis defensione stant Cajetanus & Andra-
tus duo fulgura Pape. Ergo &c.

Argumentum sextum.

72. Eo solummodo interprete recte intelligi recteq; explicari pos-
set scriptura, a quo condita est.

Atqui nec ab humano ingenio adinventata, nec a Pontificio capite
elaborata, sed a Spiritu Dei sancto inspirata est scriptura.

Dan 6. 73. Major patet exemplo illius manus tria illa verba in pariete
describentis apud Daniele, qua a nemine enodari poterant præterquã
a solo Dei spiritu idq; per Danielem divino instinctu ipsamet quavis
aptissime, verissimeq; enarrantem.

Hl. in Da. 74. Concludimus itaq; cum B. Hieronymo ad scripturam recte tum
c. 12 v. 4. intelligendam, tum interpretandam diuino Spiritu eodemq; solo opus
esse, eo inquam, Spiritu Dei, cuius Ecclesia illuminatione illustratur,
magisterio docetur, ductu regitur, instinctu movetur, deniq; gratia
vivificatur.

Justinian. 75. Tametsi interim hoc idem incommodum cum summa Christia-
Const. 54. na reip. pernicie in scriptas Dei leges expressaq; sacris literis dog-
& 160. mata deploramus incidere, quod imperator ille in suis legibus, usi
venire solitum conqueritur; quod nimirum ubi nihil per se ipsas obscu-
ritatis habeant, nihilominus hic etiam tanquam offusis nebulis ob-
scuritas inducatur.

76. Fit autem hoc dum in quamlibet ferè partem confictis inter-
pretationibus trahuntur scriptura.

77. Quas tamen ob id ipsum adeò obscuras non esse statuimus,
sicuti nec solem lucidum esse negamus propterea quod eius lumen per
Eclipsin Luna interveniente aliquibus intercipiatur.

78. Causa autem omnis obscuritatis atq; ignorantia in divinis non
est ipsa per se scriptura obscuritas sed hominum cacitas atq; æmissio ipsaq;
sine Spiritu sancto credendi difficultas.

Cocollo.

Corollaria.

1. Utrum aliud sit ad scripturas CATHOLICÆ (hoc Lenf. II. 5.
de ver. D.
c. 10. p. 155
est Pontificiæ) interpretationis LINEAM & AMUS-
SIM adiungere ; aliud verò deserere præsidium scrip-
tarum ?

2. Utrum materia litis possit simul esse vox Iudicis, vel
contrà, vox iudicis pro materia litis haberi ?

FINIS.



Colophon

In dem altes adscriptum CA THO LICH HOC
est Pontificis) interpretatus NIN B A M S A V I U S
S I M adungere) alius vero delata e p r a t i u m l i p
Hoc est Pontificis) interpretatus NIN B A M S A V I U S
S I M adungere) alius vero delata e p r a t i u m l i p

1772

Theses de animarū statu post mortem.

Theses de Ecclesiā triumphante.

De sanctorū reliquiis et imaginibus eorū cultū, ceterisque eo spectantibus.

Them. Theol. de Sacramentis in gr̄e.

De notitiis Dei et voluntatis ipsius humanis animis nā infitis et disciplinā ex cultis, D. Hofmanni. B.

Thesi. de iustificatione hominis peccatoris coram Deo D. RUNGII.

Prop. de iustificatione contra Flacianos Joh. Ferinarii.

Assert. Theol. de iustificatione hominis coram Deo, Polyc. LYSERI.

Prop. repetentes summa de iustitiā fidei ab opibus, M. Helsen, & M. Berzii

De Ecclesiā triumphante in caelis disputationes 2, quarū una de sanctorū in vitā aeternā beatitudine agit M. Volkmari, altera de sanctorū cultū agit, M. Cameri.

Disp. de Providentiā Dei Wolfii.

Disp. 1. de Turcā ex c. 38 & 39 Ezecb. in quā explicant. p̄st. 3.

1. qd sit Gog, Magog, Babel, Mesoch, 2. qd per vocab. Turca significantur

3. qd Turca sint flagella quō Deo castigat Ecclesiam. D. Salom. GESNERI.

Disp. altera de Turcā ex c. 38 & 39 Ezecb. tota in refutando duobus cap. posita, qd GESNERI.

Disp. 2. de Turcā, in qua tractat 1. de tempore ultima irruptionis Turcā in Ecclesiam. 2. de populo et loco ubi ista evenient. 3. Cuius ob caus Turca Christianis immittat. 4. Cuius ratione sit repri. mēdg. 5. Quo pacto et q̄ armis tandem medicis ista gentes sint delendi, qd GESNERI.

Prop. de Ecclesiā, HUNNII.

Thesi. de Predestināone D. FREDERI.

Dis. de reali communicatione idiomatum in unā Personā Christi, M. Berndes.


Dis. de Baptismo capite papae D. RUNGII.

Thesi. de Sacramentis in gr̄e GESNERI.

Them. Theol. de orali corporis Christi in cenā manducatione dictis Eucharistia D. GESNERI.

Them. Theol. de communicatione idiomatum reali tertii gr̄i, D. GESNERI.

manu qui erant in
cuius manu...
in regno regni...
ad dicitur addidit
sane omni erant
Sicut...
ad...
nabuch...
et...
ter. vobis...
cubi et...
audientium...
et...
huc et...
nie et...
fidei...
dixit...
nabuch...
quis...
sunt...
mass...
sunt...
sunt...





Εὐὺ Θεῶν.

THEOREMA.

QVOD S. SCRIPTURA SA-
TIS SIT PERSPICUA.

Moderatore

REVERENDO AC CLARISSIMO

MO VIRO DN. IOHANNE GEORGIO VOLCKMA-

RO SS. Theologiae Doctore & in Academia VViteber-
gensi Professore Publico,

Contra Pontificios,

Ad Disputationem Sextam, in Collegio Stu-
diosorum Theologiae privato
propositum.

à

IOHANNE RODENBURGIO,
ANTWERPIANO.

Respondente.

GREGORIO HAGIO OBERN,
Brettano, Franco.



VVITTEBERGÆ,

Typis M. Georgij Mulleri

ANNO M. D. XCV.